

**Cōmentarium**  
SEV POTIVS DIARIVM,  
EXPEDITIONIS TUNICEAE,  
A CAROLO V. Imperatore,  
semper Augusto, Anno M. D.  
XXXV. susceptæ.

JOANNE ETROBIO INTERPRETE.

PRUDENTER VI-

ETATI COMEST



CIT, CLOVANII

GLOVANII excudebat Iacobus Batius  
An. 1547. Mens. Dec.  
Cum priuilegio Cæs.  
Impensis Petri Phalesii, ac Martini Rotarii.



# FOR euerendiss. D.

D. GEORGIO DEGMONT,  
EPISCOPO TRAIECTENSI, DIVI  
AMANDI ADMINISTRATORI DI-  
GNISSIMO, COMITI IN PA-  
BVLA &c.

Ioannes Berotius Valencenas  
S. D.



Vnc primūm reipsa comperio,  
ueram esse opinionem eorum,  
qui uinculum spontaneæ ami-  
citiæ adeo præualidū & potens  
existimarunt, ut nulla ex parte  
sanguinis uiribus sit inferius, Antistes uenerā  
diss. Nam cùm ante aliquot mēses mihi ex in  
opinato nunciaretur, Ioannem Etrobium fa  
tali forte consumptum esse, tali mcerore per  
culsa sensi præcordia , quali forte nec mors  
Antilochi ter æuo functum Nestorem, aut re  
pertus in littore Polydorus, grandeuae ma  
tris animum afflixerit. Quippe quem usque  
adeo ullis non potui lenire remediis, ut in  
dies magis ac magis incresceret: dum ere  
pti amici imago (ut solet earum rerum quas  
perfecte diligimus) creberrime mihi sese re

B E D I E A T O R Y A.

cepisse, quod taciturnus nihil peteret, & sui  
memorē eum nō reddidisset, & tunc idē fortē  
de me dixerint, quod apud Plutarchū, de Stra-  
tōcle, Demochares Spartiata, deliraturū uide  
licet nisi hoc pacto delirare. Sed ne diutius in  
publica cōmoda peccē (quæ tuæ prudētiæ An-  
tistes uenerādissime, auxiliū indefinēter effla-  
gitant & sentiunt) ardētibus uotis à Christo  
Opt. Max. tuæ celsitudini æternam precatus  
fœlicitatem, receptui canā. Louanii ldi  
bus Decemb. An. 1547.

¶ C O M M E N T A R I V M,  
S E V P O T I V S D I A R I V M,  
E X P E D I T I O N I S T U N I C E A E.



Alaafan Tuniceus legitimus  
Rex, (cuius puta maiores,  
plus septingentis annis ibi re-  
rū potiti sunt) Barbarica cru-  
delitate præditus, qđquid li-  
buit, licere sibi in suos uoluit:  
adeò ut nō solū fortunas quorūcunq; sibi ui-  
sum esset, quo iure, quaq; iniuria sibi uenidica-  
ret: Verūm etiā liberis subditorū suorū, natu-  
ræ & pudoris fractis repagulis, cōtra oēius,  
atq; phas, ad nephādā etiā Venerem abuterē-  
tur. quo factū est, ut subditi eius nō semel ab  
ipso deficeremeditati sint. Quod aīaduertēs

Heredin

T I O N I S T V N I C E A E.

& uiuo marmore, alia ex lapide coctili ope-  
re arenato constructa. Sunt & theatra & spe-  
ctacula ampla, ubi ludi, comœdiæ, & tra-  
gœdiæ saltabantur, & spectabantur. Tem-  
pla item & alia loca ubi siebant sacrificia. mo-  
numenta præ terea, sepulchra & cōditoria ad  
modum tricliniorum testudinatorum came-  
rata. In quibus uideas plurima semirotunda  
promptuaria exquisitæ exsculpta, ubi seculi  
illius homines maiorū suorum cineres, quos  
corporibus patrio ritu combustis colligebāt,  
in eolis fictilibus studiosè asseruabant. existūt  
quoq; & adhuc extant q̄ plurimarū ædium,  
& arcium ruinæ, etiā nunc nomina ducuin,  
principum, patrum & consularium Roma-  
norum, quorū sumptibus ædificatæ fue-  
rant, retinentium. ex quo facile colligi  
queat, quæ fuerint olim diuitiæ. for-  
tunæ, opes, maiestas, magnifi-  
centia & potentia Romano-  
rum, quando etiam nostro  
æuo, post tot reuoluta se-  
cula, eiusmodi ex-  
tent illorum  
operum re  
liquiæ.

F I N I S.

Typis Batii.